FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De periculo & commodo rei uenditae. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

a ¶ Venderet alicui eccleſiæ. Adde Bart. in l. reſcripto. in. §. ſciendum. ff. de mu. & ho. Bal. in. l. fi. C. ſine cẽ. vel reli. Inn. & doct. in. c. nõ minus. de immu. ec. ant. de butr. & Io. de imo. in. c. fi. de vi. & hone. cle.

b ¶ Dominã prouinciarũ. Adde gl. i aut. vt omnes obe. iud. §. ſi igit. Et italia quantum duret. adde Bar. in. l. i. ff. de off. præfe. vr. Et quantũ protendatur. vide no. in. l. notionem. ff. de ver. ſi. Et adde ꝙ Italia fuit ſeparata à regno Alamaniæ per papã Io. xxij. vt in. ſua extrauagãti ne pereat. Et ibi dicit q̃d eſſet regnũ de per ſe. Cur.

authorem: etiam ſi res poſſeſſa nõ ſit deſcripta in æſtimo poſſeſſoris, ſed authoris ſui. h. d. illa. l. cum. l. fin. Et hoc vltimũ eſt valde notandum: quia quotidie contingit ꝙ quis vẽdit poſſeſsionẽ ſuam, & nõ facit eleuari de ęſtimo ſuo nec poni in ęſtimo emptoris: ſi poſtea inducat aliqua collecta per ſolidũ & librã, & illa reperiatur allibrata vẽditori, an officialis publicus poterit nihilominus cõpellere emptorẽ ad ſoluendũ. ſi fortè venditorẽ habere nõ poteſt: q͛a eſt abſens. & eſt caſus notabilis ꝙ ſic in illa. l. fi. ſecũdũ Bar. Poteſt etiã repellere venditorẽ ſi vult, poſtquam eſt in æſtimo ſuo: & hoc per aut. quę hic ſequitur. ſed & periculũ. quia nõ debet eleuari de ſuo æſtimo: niſi ipſe ꝓmittat pro tempore futuro ſi fortè nõ eſſet idoneus ad ſoluendũ. per iſtam auth. quæ eſt notabilis.
2 per quã † dicit Bar. in. l. incola. ff. ad muni. quod res vendita non debet eleuari de æſtimo venditoris, & transferri ad ęſtimum emptoris, niſi cognoſcatur per publicos officiales ꝙ emptor eſt ido
3 neus ad ſolutiones fiſcales faciendas. † Secundò ſi aliquis vende
a ret alicui eccle.[a] vel eccleſiaſticæ perſonæ, cum ille non poſsint cõpelli pro tempore futuro ad ſoluendũ impoſitiones cõmunis, quæ non fuerant impoſitæ ante venditionem. vt not. in Spe. de cle. coniug. §. j. verſi. ad huiuſmodi. vbi omnino vide per Io. and. poſt Archi. in nouella in. c. j. de immu. ecc. lib. vj. quod etiam tenuit Bar. in quodam ſuo conſilio. quod incipit punctus talis eſt. nunquã remouebitur de æſtimo venditoris: niſi eccleſia, vel eccleſiaſtica perſona ſe obliget ad ſoluendum: & per ſecularem iudicem non poterit cõpelli perſona eccleſiaſtica: ſed poterit poni manus ad ipſam rem. ar. no. in. c. poſtulaſti. de foro competenti. per Inno. & Bal. hic. & l. placet. §. de ſacroſan. eccle. Tenementi
4 perpetuò. † Poſſet etiam intelligi illa auth. de reliquis tempore præterito. nam ſi ſunt occaſione tributi, non videtur quod perſona poſſeſſoris ſit obligata. ſed ipſa tantũ poſſeſsio: & ſic eſt dare hypothecam ſine perſonali obligatione: vt habetur in. l. Imperatores. ff. de publicanis. ideo venditor debet ſpecialiter ſuſcipere in ſe onus, quando transfert poſſeſsionem in alterum non idoneum. quia niſi ſuſciperet, fiſcus non poſſet ipſum cõpellere pro tempore præterito, poſtquam deſijt poſsidere: cùm non ſit obligatus perſonaliter: nec etiam emptor: ſi nõ eſt idoneus. Si autem foret perſonaliter obligatus, non video ad quid foret neceſſariũ quod ſpecialiter ſuſciperet in ſe onus: cùm etiam ſi nõ ſuſciperet poſſet conueniri: & ſic videtur ſatis probari hic contra illam opi. quòd ſit dare hypothecam ſine perſonali hoc caſu. licet Bart. in illa. l. Imperatores. eam non teneat per iſtam authen. quæ potius contra eum facit. & per iſtam. l. ij. in verbo, [obnoxius.] Sed poteſt reſponderi quod non dicitur obnoxius, vt ſit obligatus perſonaliter, ſed quia poſtquam poſſedit, ratione poſſeſsionis poteſt
5 compelli perſonaliter ad ſoluendum. † & hoc in tributis quæ imponuntur rebus, & non perſonis: & ſic poſſunt imponi rebus forenſium exiſtentibus infra territorium. ſecus in collectis: quæ imponuntur perſonis propter res. & ſic non poſſunt imponi forenſibus, vel non ſubditis: licet habeant bona infra territorium. vt. l. reſcripto. §. fi. ff. de mune. & hon. Et ſi imponantur ſubditis, obli
6 gantur perſonæ: & etiam bona hypothecantur. † Rebus autem clericorum etiam tributa non poſſunt imponi: poſtquam ad manus peruenerũt: quia nondum eſſent de iuriſdictione laicorum: etiam ſi ſint infra territorium eorum: licet ſi eſſet impoſitum tributum antè quam peruenirent ad manus eorum, tranſirẽt in clericos & eccleſiam cum dicto onere. vt ſuprà de epiſc. & cle. l. de his. & ideo Barto. tenuit quòd ſi communitas per legem ſuam faciat omnia prædia tributaria pro collectis poſtea imponendis: ſi perueniant poſtea ad eccleſiam, vel eccleſiaſticas perſonas, tranſibunt cum illo onere. Sed Bald. dicit quod hoc non poteſt fieri, & quod eſt oppoſitum in obiecto, vt collecta quæ eſt munus mixtum, & imponitur perſonis propter res, per. l. municipalem. efficiatur merè reale. Sed poteſt dici ſaluando Barto. verum eſſe quòd prædia non efficiuntur tributaria propriè loquendo: ſed quod illa lex faciat quòd omnia prædia ex tempore legis conditæ ſint obligata pro collectis poſtea imponendis: quæ obligatio incipit ſumere effectum poſtea cum collecta imponetur, & trahetur retro ad tempus legis conditæ: & per cõſequens cum illo onere tranſibit in eccleſiam, & ita recolo me cum alijs ſocijs deputatis Florentiæ ad condendum ſtatuta ſcripſiſſe ſtatutum, quòd omnia bona ciuium ſint obligata pro impręſtantijs poſtea imponendis, ad hoc vt cum illo onere trãſirent ad quemcunque. poteſt dici quòd iſta authent. ſed & periculum. non facit contra Bart. ſi intelligatur de tributis in futurum ſoluendis poſt venditionem. nam ad illa venditor non eſt obligatus: ideo requiritur quòd ſe expreſsè obliget, ſi vendidit non idoneo: quia raro fortè reperitur in ciuitate: ſed ſi intelligatur de tributis præteriti temporis, & diceremus ipſum fore obligatum perſonaliter. vt dicit Bar. non expediret quod de nouo ſe obligarent. Illud autem conſtat quod ſolutio pro tempore præterito pertinet ad venditorem. vt in. l. apud Iulia. §. hæres. de le. j. ſi emptor compelleretur ſoluere pro illo tempore præterito poſſet repetere à vẽditore per actionem ex vendito: etiam ſi alia conuentio inter eos non interuenit: ſed pro futuro tempore pertinent ad emptorem, & ſi venditor (in cuius ęſtimo res remanſit) compelleretur ſoluere pro futuro tempore: repeteret ab emptore actione neg. geſt. vt. s. de reſcin. ven. l. ea quæ. & quod ibi dixi etiã alia conuentione non interueniente, ſed ea interueniente, ſeruanda eſt inter eos: etiam ſi per eam actum fuerit quod ſolutio pertinens ad vnum fiat per alterum. vt in. l. epiſtola. §. ij. ff. de pactis.

2 ☞ *Italia prouinciarum domina, quòd hodie ſit ancilla: & multis tribulationibus ſuppoſita, propter bella ciuilia. & unde hoc procedit?*
3 *Si officialis publicus uendat aliquam poſſeſsionem pro penſitationibus non ſolutis, emptor non poteſt conueniri ut ſoluat penſitationes præteritas?*

LEX III.

1 OMnes. † In. l. fi. ſuper gl. j. in prin. ibi. [lætãtur prouinciales.] non ꝙ ex hoc aliquam vtilitatẽ cõſequantur: ſed de ea lætitia qua dicitur ſolatium eſt miſeris ſocios habere penarũ. & propter inuidiam, quia Italici ſint melioris conditionis quam ipſi. In glo. ibi. [ſicut ſi cum dico.] Not. iſtam gl. quæ in omnibus exemplis ſuis ad hoc allegatur. quod verba generalia recipiunt reſtrictionem de habilitate. quod declara tamen per Bar. & Iaco. de are. in. l. j. § nuntiatio. ff. de no. ope. nun. facit contra de iureiurã. c. ad noſtram. vbi verba illa quod ſuper omni cauſa ſeruetur ordo iudiciarius re
2 ſtringuntur ad illas cauſas in quibus eſt ſeruandus. † In fi. glo. ibi
b [dominam prouinciarum.[b]] Italiam. dicit Alber. quod hodie eſt ancilla. & multis tribulationibus ſuppoſita, propter bella ciuilia. & vnde hoc procedat: notatur per Archi. xxvij. q. v. c. non vos. & Ioan. and. in nouella. vj. lib. non recordor nunc vbi dicit. quia procedit propter vitium inuidiæ, quod magis regnat in Italia quam in aliqua parte mundi: ideo nõ deficiunt ſibi flagella: iſta ſunt verba ſua. quod autem dicit glo. procedebat tempore quo vrbs Romana (quæ principaliter erat caput Italiæ) dominabatur toti mundo: ſed hodie ſcribitur de ea. ſerui erant tibi Roma prius domini dominorum. ſeruorum ſerui nunc tibi ſunt domini, vt refert Guil. durandi in commentis ſuis ſuper conſtitutionibus Gregorij decimi in prima conſtitutione. ſuper verbo ſer
3 uus ſeruorum. † In glo. ſeq. ibi, [ſecus ſi à procuratore fiſci.] No. quod ſi officialis publicus vendat aliquã poſſeſsionem pro functionibus non ſolutis, emptor non poteſt cõueniri vt ſoluat functiones præteritas. circa quod vide Bar. in. l. j. quam gl. allegat. de cenſibus. l. fi. lib. xj.

De periculo & commodo rei venditæ. Rubrica.

1 ☞ *Peculium rei uenditæ quando pertineat ad emptorem, & quando ad uenditorem?*
3 *Quæ requirantur ut contra uenditorem poſsit agi de euictione? & nume. 1.*

LEX I.

1 POſt perfectam. † Periculum contingens in re vẽdita poſt perfectam venditionem ſine culpa venditoris pertinet ad emptorẽ. ſic etiã pertinet commodũ poſtea ſuperueniẽs. & venditor tũc tenet de euictione qñ iſta tria cõcurrunt: quod res auferat emptori ex cauſa quæ habuit originẽ ante venditionẽ. Et quod fuerit denuntiatum venditori quod veniat ad defendendũ cauſam. & quod ſententia lata fuerit cõtra emptorem præſentem: ſecus ſi contra abſentem & non

& non defendentem.h.d. Quæſitum fuit cum venditor re euicta emptori teneatur de euictione:& ſic eſt periculum venditoris ſi res auferatur emptori poſt venditionem perfectam quid iuris,ſi res non euincatur,ſed pereat,vel deficiat, an periculum ad venditorem pertineat? Et vt ſit maior dubitatio:pone quòd iſta contingant antequam res tradatur.videtur quòd ſic:quia venditor tūc eſt dñs.& periculū regulariter pertinet ad dominū.vt ſ. de pign.actio.l.pignus.& ſic non tenebitur emptor ſoluere pretium ſi nondum ſoluit,& ſi ſoluit:recuperabit.contrarium hic dicitur:quia ſicut commodum poſtea contingens pertinet ad emptorem:etiam ſi adhuc res ſit penes vēditorem.vt j.ti.j.l. fructus. ita periculum.vt in l.ſecundū naturā. de re. iu. & ſic eſt caſus in quo periculum nō pertinet ad dominum rei.quod intellige. niſi culpa eius interueniſſet in malè cuſtodiendo. quia venditor tenetur ad cuſtodiam antequā tradat.vt in l.quod ſæpe.§. ſi res. ff. de cōtrah.emp.Nec ob.ꝙ periculū euictionis pertinet ad vēditorem etiam cōtingens poſt traditionem:quia illud procedit qñ euincitur ex cauſa quæ habet originem tēpore venditionis:quia res vendita non erat venditoris,ſed aliena. vel ſi erat ſua erat alteri obligata:ſed nec ſufficit hoc niſi emptor enuntiauerit venditori:& etiam cauſam defenderit iuxta poſſe.Secus ſi non deſiuit:quia fuit abſens,vel etiā præſens,& neglexit defendere. nos loquimur de periculo contingente poſt venditionem perfectā ex cauſa de præſenti,quæ nō ſuberat tēpore venditionis: ſed de nouo ſuperuenit.& hęc eſt intentio huius l.ſecus ergo ſi obueniret ex cauſa quæ ſic habuiſſet originē.vt ſi ſeruus venditus poſtea moriatur ex infirmitate occulta quæ aderat tēpore venditio-
2 nis.vel propter odium venditoris.vt in l.ſi fundus.ff.locati.† In tex.ibi [perfectam venditionem.] tunc aūt dicitur perfecta qñ eſt pura,vel purificata.Si aūt conditionalis,& pendet conditio, tunc ſi interim contingat periculum:diſtinguitur an cōditio deficiat:& pertinet ad venditorem:quia venditio habetur pro non facta.Aut extitit conditio:& tunc aut loquimur de periculo interitus rei.& idem:quia ſi non reperiatur res tempore conditiōis exiſtentis:non perficitur venditio:quia deficit vnū de extremis neceſſarijs.& ſic habetur pro non facta. Aut loquimur de periculo deteriorationis:& tūc venditio perficiť.poſtquā res extat: licet deteriorata:ideo pertinet ad emptorē vt teneatur ad integrū pretium licet deterior res facta ſit.vt hæc habenť in l.neceſſariò. §.quod ſi pendente.ff.eo.Secundò requiritur ꝙ ſit facta ſine ſcriptis:vel ſi in ſcriptis:ſcriptura fuit cōpleta ſecundū tenorē.l.contractus.ſ.de fide inſtru.aliàs non habereť pro perfecta.vt j.e.l.cū inter.Tertiò ꝙ non ſit facta ad menſuram vel ſi ita facta eſt. fuit facta menſuratio,aliàs ſecus.vt in l.pxi.& l.quod ſæpe. §. in his. ff.de contrahen.emp.Quartò quòd ſit facta de re deguſtabili:vt de vino.& interuenerit deguſtatio: aliàs ſecus vt in l. ſi vina. ff. eo.& no.in l.proxi.& infra.ti.j.l.ſicut.per gl. In tex. ibi [auctor enim.] reſpondet tacitæ oppoſitioni,quæ poſſet fieri.quòd imo
3 ad venditorem pertineat. † In tex.ibi. [cauſæ agendæ adeſſet.] non ergo ſufficit denuntiare vēditori litem motam vt poſsit agi de euic.licet Dy.hoc dixerit in c.eum qui certus.de re.iu. lib. vj. ſed requiritur vt veniat ad cauſam defendendam:vt hic.& l.qui abſentem.ff.de procu.ideo non ſufficeret ꝙ venditor ſciret litē motam:niſi etiā eſſet requiſitus.ſed ſi vera eſſet opi. Dy. ſufficeret:quia denuntiatio non fieret niſi ad notitiam. & ei qui ſcit nō eſt amplius denuntiandū,quando denuntiatio non fit ad alium finem.vt l.j.§.fi.ff.de act.emp.de hoc per Bar.in l. denūtiaſſe.ff. de adul.In tex.ibi: [& non abſente emptore.] ſub.ſed pręſente, & cauſam defendente. Idem tñ videtur ſi eſt abſens: & per pro-
a curatorē defendat [a] aliàs ſi non defendit,ſiue ſit abſens,ſiue pręſens,eſt ſibi imputandū:quia non videtur res euicta propter malam cauſam,ſed propter defenſionem non factam:vt l.ſi ideo.ff. de euict.& l.qui repudiantis.§.fi.ff.de inoff.teſta.

[1] ¶ *Periculum vini venditi quando pertineat ad emptorem & quando ad venditorem? Quid in alijs rebus conſiſtentibus pondere,numero uel menſura?*

[3] *Si uendo tibi fundum meum,quem aſſero eſſe centum camporum,ad rationem centum librarum pro quolibet campo,& antequam mēſuretur caſmate pereat, uel deterioretur,cuius erit periculum.*

[4] *Quid ſi non fuit facta uenditio ad menſuram? ut ſi uēdidi pro mille aureis,& dixi quod continebat centum campos, & poſtea non fuerunt tot reperti, an debeat diminui pretium pro rata?*

Quid ſi fuerint reperti plures,an augebitur pretium.

LEX II.

1 CVm conuenit.† Periculum vini venditi ad menſurā nō pertinet ad emptorē antequā menſuretur.h.d.ſed ſi fuit venditū nō ad menſuram,ſed in ſpecie,bene pertinet etiā antequā menſureť.h.d.& quod dictū eſt de vino.extenditur ad alia liquida,vel arida : in
2 quibus cadit menſuratio.† In tex.ibi : [antequā tradanť.] & per cōſequens ante quā menſuretur:quia in traditione fit menſuratio.nā talis venditio cenſeť eſſe cōditionalis ſi ſequatur mēſuratio,poſtquā facta fuit
b ad menſurā. [b] vt l.quod ſæpe.§.in his.ff. de contrahen.emp. tñ nō eſt hoc idē quod in alia cōditione:quia omne periculū tā peremptionis quā deteriorationis pertinet ad venditorē:quia cōditio eſt intrinſeca: ſed intrinſeca diſtinguiť vt dixi in l. pręcedēti. Sed pone ꝙ vinū fuit traditū, nō tñ mēſuratū:puta per traditionē clauium cellæ:vt j. ſequitur [& claues emptoribus traditas. &c.] & ff.de cōtrahē.emp.l.clauibus. non cenſetur traditū ꝓpter hoc ſolū quod vaſa fuerint ſignata ſi claues remāſerunt penes venditorē.vt in l.j.§.ſi doliū.ff.eo.vtrū poſt traditionē & ante mēſurationē periculum ſit emptoris? dic ꝙ ſic per iſtū text. à cōtrario ſenſu,& quia per traditionē fuit tranſlatum dominiū in emptorē ergo ſuū eſt periculū:vt in l.pignus.ſ.de pign. act. & ſic ergo eſt verū ꝙ ante mēſurationē periculum eſt venditoris,qñ adhuc non tradiderat. ſit ergo cautus qui vēdit vinū ad mēſuram,vt quā citius pōt tradat:vel mēſuret, quia ſtat ad periculū ſuū. In text.ibi. [& claues emptoribus traditas alleges.] maximè: nā idē ſi nō tradiderat.cū regulariter etiā añ traditionē periculū ad emptorē ꝑtineat.vt j.e.l. cū inter hoc tñ itellige poſtquā vinū deguſtatū eſt ꝑ emptorē, qa qñ vēditio fit de re guſtabili, itelligiť cōditionalis ſi deguſteť: poſtquā ergo fit traditio,indebitè pertinet periculū ad eū per rationē quā ſuprà dixi. Sed antequàm tradať ſi fuit deguſtatū periculū eſt venditoris. ſecundū opinionē Io.& Bal.licet Azo.tenuerit contrariū:quod dic vt plenè no.ff.e.l.j.& j.e.ti.j.l.ſicut.in gl. quā omnino vide in fi.l.præd.qñ venditio cōſiſtebat in ſpecie:quia de certo vino cōſiſtente in certa cella.quo caſu pōt fieri dupliciter vēditio:vel ad menſurā.Et tūc videnť tot vēditiones,quot ſunt menſuræ : quia tot ſunt pretia.vel nō ad mēſurā:& ſic eſt vēditio,& vnū pretiū: ſed interdū fit vēditio in genere generaliſsimo: vt ſi vendis mihi decē corbes vini nō referendo te ad aliquod certū vinū: & tunc indiſtinctè pertinet ad te periculū,etiā ſi totū vinū quod habes in cella pereat,quia genus perire non pōt:vt in l.incendium.ſ. ſi cer.pet.Interdū fit in genere ſubalterno : vt decē corbes vini de eo quod habes in cella:& tunc ſi totū periret idē eſſet ac ſi in ſpecie:ſecus ſi totū non pereat,ſed remaneat tantū quod ſufficiat. facit.l.in naue ſaufelli.ff.locati.in fi.l.ibi.vel his ſimilia,ſupple conſiſtentia pondere,numero,vel menſura. vt diſtinguatur an fiat ad pondus vel ad numerū.vt ſit idē ꝙ qñ ad menſurā : an autem
3 in ſpecie fiat venditio.† Sed quid in rebus immobilibus:puta vēdo tibi fundum meū quem aſſero eſſe centū cāporū ad rationē centū librarū pro quolibet campo.quæritur ſi antequàm menſuretur caſmate pereat,vel deterioretur:cuius erit periculū? dic vēditoris.tex.eſt ſing.per quem Bart.ita conſuluit in l.ſi in venditione.§.j.ff.eo.ti.Et no.in l.Iulianus.§.ſi titius.ff.de acti. empti.ſit ergo cautus venditor,vt cito faciat menſurari.hoc tñ intellige,ſi caſus contingat antequam tradatur.ſed ſi poſt traditionem:quia
4 ſi dominium eſt tranſlatum,periculum eſt emptoris. vt ſ. dixi.
c Tene mēti.† Sed quid ſi [c] nō fuit facta vēditio ad menſurā:puta,

a ¶ Si eſt abſens. & per ꝓcuratorē defendat. Adde an abſentes in cauſis grauib⁹ & pōderoſis teneanť mittere procuratorē. dic ꝙ nō. gl.eſt in ver. ſi enim.in c.querelā. & eſt c.ij.de ꝓcu. Bald. in c.ij. de teſti. Io. de imo.in l. recuſatio.in §.fi.ff.ad treb. Frā.de arc.cōſi.cvj.inci.pręſupponit in facto. in iij.co. ſecus ſi nō ſunt graues & pōderoſæ: quia tūc poſſunt mittere ꝓcuratorē per d. glo.in d.c.querelā & per Bar.in l.ij. in §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. & per Bar. in l.j.ff. de diuer. & temp.præſc.

b ¶ Ad menſurā. Adde qñ dicať facta venditio ad mēſurā: & dic vt per Bar.in l.Iulianus.§.ſi titius. & ibi. Ale.de imo. in apoſ. ff.de act.emp. & adde ꝙ intelligiť de mēſura q̃ viget in loco contractus. Ange.in auť. de coll. & alijs ca.§.j.& Bar.i l.ſemper in ſtipulatiōib⁹. ver.pone florētiæ. ff. de reg.iu.& vide eūdem pau.in l. ſicut. j. de act.emp.Cur.

c ¶ Sed quid ſi. Adde de hac qō. & dic vt plenè per d. Fabi.de ſancto ſaui.in trac de emp.& ven.in vj. q. princ.ver.circa quartū.& pulchrè per d. meū Soz.in l. demōſtratio falſa co.iij. ff. de cōd.& demon. & in ꝓpoſito,vide Ale. in cōſ.viij. ꝑ totū. in iiij.vol. Et adde eūdē Ale.de Imo. in cōſil. cxxxiij.colū.iiij.ver. pręterea etiā dato in j.vol.Stra.

a ¶An dolus. An dolus probetur per extrinſec. vide in.l.dolum.C.de dolo.Pau. de ca. in.l. interpoſitas.in.j.co.C.de tran.

vendidi pro mille aureis:& dixi quòd continebat centum campos, & poſtea non fuerunt tot reperti. Reſpõde quòd debet diminui de pretio pro rata.ff.de act.emp.l.ſi ſeruum.§.ſi modus. Sed quid ſi fuerint reperti plures,an augebitur pretium,videtur quòd ſic eadem ratione. tex.videtur in.l.qui fundum.§.qui agrum.ff.de contrah.empt.facit.l.ſi venditor.in prin.de actio.empt.&.l.pe.§.fi.Quidam verò dixerunt quòd non teneor tibi tradere niſi centum campos:& illud quod plus reperitur poſſum retinere,ſi nolo tradere per illũ §.fi.de hoc vide in additio.Spec.de emptio.& vendi. §.ſciẽdum. in fi.vbi diſtinguit qualiter verba venditionis fuerint concepta: an inceperint à menſura. vt vendo tibi centum campos terræ in tali loco, & non teneor illud dare quod eſt plus. an inceperit à re: vt vendo tibi fundum centum camporum, qui eſt in tali loco.& ſic totum venit:quia illa verba centum camporum ponuntur cauſa demonſtrationis: quæ licet non reperiantur vera non habent vitiare. videtur tamen quòd pretium debet augeri per illum textum nota. in.l. qui fundum. §. qui agrum, ſicut deberet diminui ſi non reperiretur integra menſura. vt in.d. l. ſi ſeruum. §.ſi modus.

1 *Periculum contingens poſt uenditionem perfectam, quando pertineat ad uenditorem,non ex cauſa de præterito.*
2 *Dolus uenditoris,an noceat emptori:ut non poßit uſucapere,uel præſcribere?*

LEX III.

Dolum. Dicit hic. Bald. ſecundum Nico. de ma. quòd iſta lex, per ea quæ hic gloſſantur non poteſt intelligi.tu dic, quòd valde bene poteſt in-
1 telligi.& limita totum titulum. †Et eſt ſingularis limitatio:vt tunc periculum contingens poſt venditionem perfectã, non ex cauſa de præterito,pertineat ad emptorem:quando venditor non fuit in dolo, quia ignorabat ipſum periculum euenturum:ſed ſi fuit in dolo, & ſciebat ipſum euenire debere:quia ſciebat qualitatem vini ſui:quia non conſueuit durare:& non admonuit emptorem:pertinet ad venditorem:nõ ad emptorem. quod videtur verum:etiam ſi contingat poſt traditionem:propter naturam contractus bonæfidei, quia non debebat ſubticere quod ſciebat. vt in.l.j.§.j. ff.de act.empt. &.l.quæro. & hoc vult iſta.l. ſecundùm primum exemplum gloſſ.Item ſi in facto ipſius venditoris accederet: vt in ſecundo exemplo,& hoc ſiue affirmauit duraturum, quo caſu non eſt dubium. vt. l. Iulia. poſt princip. ff.de actio.empti. nam tunc etiam ſi ignorabat vitium, tenetur: quia non debuit eſſe facilis ad firmandum quod ignorabat, ſiue non affirmauit ſed ignorabat. ſed quid ſi dixi nolo teneri? non ſufficit.poſtquam ſciebat,quia videtur mala fide hæc dixiſſe, & malafide verſatur. vt dicta.l.j.§.j. &.l.quæro, & ita debet exem-
2 plificari vt faciat ad titu. † Sed extra materiam titul. ſi quæritur
a an dolus[a] venditoris noceat emptori, vt non poſsit vſucapere, vel præſcribere. Reſpondetur quòd aut res erat affecta vitio reali,quia furtiua,vel vi poſſeſſa, & nocet: vt in gloſſ. Aut non erat affecta, tamen venditor ſciebat rem alienam: & erat res immobilis, in qua vendenda non committitur furtum, & olim mala fides venditoris non nocebat emptori. vt. l. prima. j. de præſcriptio. long. tempor. hodie per authenti. malæ fidei. ibi poſitam, ſecus: quia facit, vt requiratur maius tempus ad præſcribendum.

LEX IIII.

1 Cum inter. †Iſtæ tres leges dicunt, quod dicit. l.j. ſ. eo. & declarant vt poſt perfectam venditionem,periculum pertineat ad emptorem etiam ante traditionem rei: ſi venditio eſt celebrata ſine ſcriptis,& purè.& periculum non eueniat ex præterito vitio. hoc dicunt iſtæ leges.

De actio.empt. & uendi. *Rubrica.*

1 *Vendita re ſi non fuit habita fides de pretio, & emptor non ſoluat non transfertur dominium: & competet uenditori rei uendi.*
Condictio ob cauſam non durat in contractibus nominatis.
3 *Emptor ſi non poſſet ſoluere pretium: nec haberet aliam rem,quòd poßit uenditor facere ſe mitti in poſſeßionem, & tenutam rei uenditæ pro debito pretij:nõ quòd eam repetat per rei uend.uel condi.ob cauſam ſi tranſlatum eſt dominium. & nu.1.*
Si ſunt alij creditores qui uolunt concurrere in illa re,an uenditor præferatur.

LEX I.

1 Aduerſus eum. †Contra emptorem non ſoluentem pretium, vel non perfectè implentem contrarium datur venditori actio perſonalis ex vendito, non autem datur rei vendicatio ad rem venditam & traditam.
2 hoc dicit:quia † tranſlatum fuerat dominium, ſi fides fuerat habita de pretio:aliàs,bene competeret rei vẽdicatio. vt in gl.in ſi. de rerum diui.§.venditę.ſed nec competit condictio ob cauſam quaſi cauſa non ſecuta, quia non datur in cõtractibus nominatis:cum cõpetat ad reſcindendum contractum & contractus nominati non reſcinduntur propter defectũ cauſę ſed agitur vt cauſa impleatur.vt.ſ.de rei vendica. l.inciuilẽ.ſed nec actio ex vendito vel empto regulariter dantur ad reſcindendum cõtractum. vt.j.eo.l.venditi.quam iunge cum iſta opi.cùm emptor (ſi res nõ tradatur) repetit pretium ſolutum. vt.j.eo.l.ſicut.in fi.& econuerſo venditor ſi pretium nõ ſoluatur debet poſſe repetere rem.Sed emptor nõ repetit pretium tanquam pretiũ, ſed agit ad intereſſe ſi res nõ tradatur vt infra.eo.l.ſi traditio. ſub quo intereſſe venit
3 pretium ſolutum. †Et eodem modo ſi emptor nõ poſſet ſoluere pretium nec haberet aliam rem poſſet venditor facere ſe mitti in tenutam & poſſeſsionem rei venditæ pro debito pretij,nõ quòd eam repetat per rei vendica.vel condictionẽ ob cauſam.Sed pone quòd ſunt alij creditores,qui volunt concurrere in illa re: an venditor præferatur:& ſic non tranſtuliſſent dominium, quia non fuiſſet habita fides de pretio,nõ eſſet dubium,quòd præferretur,ſed ſi eſt tranſlatũ, & ſic eſt itum in creditũ, videtur quòd omnes concurrant,per tex.in.l.procuratoris.§.ſi plures. verſ.plenè.vſq; in finem.ff.de trib.ſed in contrariũ:quia res vendita iure pignoris videtur poſſe retineri pro pretio:vt no.ff.eo.l.Iul.§.offerri.ſed antequam tradatur cùm ſit venditoris non eſt proprie pignus quod in re ſua nõ cadit.vt.l.neq; pignus.de re.iur.cum verò traditur dominiũ transfertur, videtur quòd pignus reconcilietur. & ideo venditor videtur præferendus alijs creditoribus chirographarijs.Iſte caſus poteſt eſſe quotidianus in aliquo mercatore, qui poſt emptionem mercium fefellit & tamen nondum ſoluiſſet pretium; vtrum venditores earum præferantur alijs.de iſto articulo vide quod no.Bal.in.l.fi.circa fi.ſ.commo.& quod idem Bal.& Ang.no.in.l.ſi cum dotem.§.fi.ff.ſolu.matri.qui videntur concurrere quòd ſi ſtatim poſt emptionem fefellit, venditores præferantur.quaſi videantur tradidiſſe ſub ſpe habẽdi pretium incontinenti:& ſic dominium non ſit omnino tranſlatum. & adde quod idem Bal.no.ſuprà depoſiti.l.fi.

LEX II.

1 Venditi. †Venditori datur actio ex vẽdito ad pretium nondũ ſolutum:vel in falſum debitũ per errorẽ cõpenſatũ: & etiã ad fructuũ reſtitutionem,quos emptor indebitè occupauit.h.d.Bal.

LEX III.

1 Ex arrhali. †Ex ſolo pacto non datur rei vendicatio:ſed actio perſonalis.h.d.ſecundùm communem lecturam glo.quæ legit illam legem pluribus modis: & quælibet lectura poteſt eſſe bona. doct. tamen tenent tertiam in verſic. [vel dic tertiò] quòd propter dationem arrharum dominium rei venditæ non tranſit in emptorem ſine traditione:ſicut nec per ſolutionem pretij: quia nudis pactionibus dominia rerum non acquiruntur: ſed traditione & vſucapionibus:vt in l.traditionibus.ſ. de pac. Vel dic q; dominium rei datæ pro arrha non fuit tranſlatum in venditorem: & ſic perfecta venditione & ſoluto pretio bene poteſt ipſas res vendicare. tamen iſta rei vendicatio non oritur ex contractu arrharum: ſed ex dominio, quod eſt penes emptorem: ex illo autem pacto datur actio perſonalis.vt in gloſſ. quæ alleg. l.contractus.ſ.de fide inſtru. Eſt enim contractus per ſe ſeparatus à venditione:tamen acceſſorius ad eam.

2 *Venditor an poßit præciſè compelli ad traditionem rei uenditæ?*

LEX IIII.

1 Si traditio. †Contra venditorem non tradentem, datur actio perſonalis ex empto ad intereſſe.hoc dicit.& ſuper iſta l.cadũt plures quæſtiones, quæ formantur per gloſſ.in l.j.in princi.ff.co. titu.